

missis appropriare [?: appr-] non potuit vice versa, prohibentes sub obtentu gracie nostre et pena amissionis xl:a marcharum, nequis premissos in prediis predictis presumat aliquoaliter impedire. Datum Enecopie, teste dilecto nostro dapifero domino Nicholao Thuræson, anno Domini m^occc^ol^o feria sexta proxima post dominicam passionis.

På baksidan: Konung Magnus gaff Johannes Salormsson $\frac{1}{2}$ markland cum $\frac{1}{2}$ ora i Sæby i Aspa sokn, huilket godz for:de Johannes til sik skipte meth herra Anund Røriksson oc skiptet bleff eigh fast.

Sigillet bortfallet från den ur brefvet klippta remsan.

4550.

1350 Mars 20.

Brynjulf Håkansson gifver för sin själbot en äng nära Loptås, kallad Kyrkoäng, till Nydala kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Bryniolfus Haqonason salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium vniuersis notum facio me vnum pratum prope Loptaas situm, vulgariter dictum Kirkioengh, ad remedium anime mee et in remissionem peccatorum meorum ad vsum ecclesie claustrum Noue vallis absque omni resolucione et reclamacione heredum meorum legaliter ac irreuocabiliter contulisse. In cuius rei testimonium siggillum curati mei Mathie in Froale, quia proprio non vtor, presentibus est appensum. Datum anno Domini m^occc^o quinquagesimo in sabato palmarum.

På baksidan: Loptaas.

Sigillet (andligt): S' MATHIE PRESBIT'L.

4551.

1350 Mars 23.

Skeninge.

Ramfrid Bengtsdotter, riddaren Karl Tukesons hustru, gifver sin utgård i Valla i Bjälbo socken till Skeninge nunnekloster för sin fosterdotter Elenas skull på vilkor att nämnda Elena under sin lifstid årligen skulle få af afkastningen uppbära tre tunnor säd och tre öre penningar.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Ramfridis Bendictsdotter salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium publice protestor me conuentui sanctorum claustrum Skæningensis coloniam meam in Vallum cum singulis suis attinenciis, pratis, agris, paschuis, necnon siluis, prope vel remote positis, locis humidis seu siccis, secundum leges terre ac scutaciones legitimas, dictas festo, quas viri infrascripti, scilicet Gøbelinus et Arnaldus Analdason, ciues Skæningenses, tenuerunt, gracia vnius puelle, videlicet Elene per me a primeue iuventutis flore educate, racionabiliter contulisse perpetuis temporibus possidendam, condicione dumtaxat subsequenti, vtpote de obuencionibus et redditibus prescripte colonie annis singulis memorata soror Elena ad vsus suos proprios tres thyniones annone

cum tribus oris denariorum diebus vite sue, sororibus non obstantibus, habere teneatur, residue vero septem thyniones cum septem oris denariorum vsibus conuentus prenotati juxta placitum et lybitum perenniter subiacebunt. In cuius rei euidenciam firmiorem ac noticiam cerciorem sigillum nobilis militis domini Karoli Tukason, mariti mei dilecti, necnon sigilla ciuitatensium Skæningensium fastarum scutaciones tenencium prescriptorum vna cum proprio presentibus sunt appensa. Datum et actum Skæningie anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo feria tertia proxima ante cenam Domini.

På baksidan: Valla parochia Bælbo.

Sigillen: n. 1—3 söndersmulade i påsar; n. 4 borta.

4552.

1350 Mars 25.

Linköping.

Finvid Sigurdsson öfverlåter åt Vreta kloster och dess abbedissa Kristina Karlsdotter en åtting jord i Åsbogärde och en tredjedels åtting i Gutalöso (Gottlösa).

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Nouerint vniuersi presentes litteras audituri me Finuidum Sighurdhæson bona mea in Gutalösoo, videlicet vnum attongum terre in Aasbogærdhe cum tertia parte vnus attongi in Gutalösoo cum domibus et quibusuis suis pertinenciis intra sepes et extra, sicco et humido, reuerende domine et relligiose domine Cristine Karlsdotter, abbatisse in Wretom, necnon et suo conuentui dimisisse et assignasse imperpetuum possidenda. In cuius rei testimonium sigillis discretorum virorum Magni in Hiepstadhum et domini Hemmingi, curati in Wardbergh, proprium non habens, presentes peto communiri. Scriptum Lincopie anno Domini m^occc^o quinquagesimo in cena Domini.

På baksidan: Gwtalösa.

Sigillen borta.

4553.

1350 Mars 25.

Cecilia Glysingsdotter gifver med sin broder Nils Glysings samtycke till sin broder Ketil Glysing sina gods i Hägg, Warmovik (Värmvik), Wit (Hvittvik), Österäng (Ösäng) och Kerroboda (Kärrebo).

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Cecilia Glysingsdottir salutem in Domino sempiternam. Consideratis sinceris affectionibus, sedulis beneficiis et piis solaciis nobilis militis domini Kætilli Glysing, fratris mei karissimi, quibus vtilitatibus meis et profectibus immensa quadam dileccionis suauitate inuigilauerat diligenter, volo ipsius beneficiis et curialitatibus, prout potero, non immerito condignis fauoribus respondere, ne ex receptis beneficiis et non repensis videar ingratitudinis vicio nubilari, vnde tenore presencium singulis innotescat presentibus et futuris, quod, matura deliberacione prehabita, ex consensu et beneuolencia dilecti fratris mei Nicholai Glysing, post mortem sororum mearum heredis mei, in recompensam prescriptorum dicto domino Kætillo et heredibus suis omnia et singula